Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36537
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

8

inextinguibile. et c. Ex quibus tanta erit angustia et anxietas ut dicturi sint montibus cadite super nos et c. Quis quoque dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum ut fletibus prevenia fletum et stridorem dentium et manuum et pedum dura vincla. et primodum catenarum prementium. stringentium. stridentium. urentium. nec tamen consumentium. quibus in quam non gratia dei per christum Iesum dominum nostrum. qui nobis etiam iam ductum consilium dedit per sapientem sic. memorare novissima tua. et c.

Tempestas vel turbo dicitur merore penitencie quod pectorum quietem. et quasi serenum aerem in pectore turbat atque confundit. Iob. Noctem illam tenebrosus turbo possideat. Item extrema iudicis sententia. Iob. Morietur in tempestate anima eorum. et vita eorum inter effeminatos. Sap. Cum venerit repentina calamitas et c. Naum. Dominus in tempestate et turbine vie eius. et nebule pulvis pedum eius. Iob. In turbine conteret me. Ps. Ita persequeris eos. et c. Ys. Ecce dominus in igne veniet et quasi turbo quadrige eius. Iob. Noctu opprimet eum tempestas. Iob. velud turbo rapiet eum de loco suo. Ps. In circuitu eius tempestas valida. Item impetus tribulationum et persecutionum. Ps. Tempestas dimisit me. Ys. factus es michi dominus spes a turbine. Ps. Non me demergat t. a. Ps. A pusillo animo et tempestate. Ys. Spiritus enim robustorum quasi turbo impellens parietem. Iob. Ab interioribus egreditur tempestas et a turbo frigus. Ys. Rote eius quasi impetus tempestatis. Sap. Super omnem enim gloriam protectio et tabernaculum diei ab estu et in securitate. et in absconsione a turbine et a pluvia. Ys. factus es fortitudo pauperi. spes a turbine. Ys. A domino exercituum visitabitur in voce magna turbinis et tempestatis. Ys. Allidet in turbine. et in lapide grandinis. Ys. Turbo quasi stipulam auferet eos ut tempestatum impetus et fluctuatio diversorum errorum quibus gentilitas fluctuavit donec assumpta est ad fidem. Ys. Paupercula tempestate convulsa absque consolatione. ecce ego sternam per ordinem lapides tuos et fundabo te in saphyris. Ier. Ecce quasi nubes ascendet et quasi tempestas currus eius. Ierem. Pellis nostra quasi clybanus exusta est a facie tempestatum famis. Ier. Ecce turbo domini indignationis egredietur. tempestas erumpens veniet super caput impiorum. Ierem. Turbo magnus egredietur a summitatibus terre usque ad summum eius. Ezech. Vidi et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone. Ezech. Erumpere faciam spiritum tempestatum indignatione mea. Ezech. Reges earum omnes tempestate perculsi mutaverunt vultus. Ezech. Quasi tempestas veniens et quasi nubes ut operias terram. Daniel. Quasi tempestas veniet contra illum rex aquilonis. Iohel. Dies nubis et turbinis annos in die belli et in turbine. ibunt meleos in captivitate et principes eius simul dicit dominus. Abacuch. Maledixisti capiti bellatorum eius. Luc. At ille surgens increpavit ventum et tempestatem aque et cessavit. Act. Valide autem nobis tempestate iactatis. sequenti die iactum fecerunt. Sap. Tempestatem aquilonis et congregatio spiritus. Ys. Admitte ad te alienigenam. et subvertet te in turbine. Ys. Sicut turbinis ab affrico veniet. visio dura nunciata est michi. contra confusionem hereseos que serenitatem et puritatem scripture turbat. Epistola canonica. Hii sunt fontes sine aqua et nebule turbinibus agitate quibus caligo tenebrarum reservatur. Prima tempestas est bona. secunda iusta. tercia purgativa. quarta infectiva. Prima namque est mia. Paulus. Non sumus quod sufficientes simus co. a. et c. Ps. Cor mundum crea in me d. et c. Paulus. Neque qui plantat neque rigat. Secunda ex iusticia. Paulus. Omnes astabimus ante tribunal christi. Ps. Iustus es domine et r. iud. t. et c. Ps. Cum accepero tempus ego iustitias iu. Tercia ex providentia ut sic purget suos. Sap. Tamquam aurum in fornace. et c. vim dicit. Hoc iure seca. horrendum est incidere in manus dei. Numeri. Si pater eius spuisset in faciem eius nonne debuerat saltem septem dierum rubore confundi. Quarta est ex dei vindicta. Paulus. Ideo tradidit deus illos in reprobum sensum. Itaque prima est appetenda. Ps. Spiritum rectum innova in visceribus meis. Ierem. Quis dabit capiti meo aquam et c. Ps. Quemadmodum desiderat cervus ad fontes et c. Secunda est precavenda. Ps. Ut fugiant a facie arcus. et c. Ps. Foc cupiens fac. et c. Propheta. Ve desiderantibus diem domini ad quid eam vobis dies ille tenebre et non lux. Tercia pacienter est sustinenda. Luc. In paciencia vestra possidebitis a. v. Paulus. Pacientes estote ad omnes. Iob. Audistis et finem vidistis domini. Quarta fugienda. Paulus. Hereticum hominem post primam et secundam correctionem devita. De tempestate ad litteram ait Ionas. facta est tempestas magna in mari. In tempestate autem plura solent ad litteram contingere. tempestas enim turbat serenum aeris ut claritatem fugat et removet quietem. et tranquillitatem incutit. inducit et timorem. Proveniunt autem plerumque cum igne et sulphure facit et ventum tremorum. et mare quoque invertit et excitat fluctus eius. Hec et eadem tempestate possunt attendi. Tempestas enim turbat serenum et claritatem aeris. et merore prime claritatem. et lucem illam perturbat. De qua dicitur in Sap. Duxerunt in bonis dies suos. Hic dies ut claritas non erat turbatus in civitate Ierusalem cum dominus dicebat ei in evangelio. Equidem in hac die que ad pacem tibi nunc autem et c.

Ea que solent contingere in tempestate assignantur in tempestate.